



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Davidis Regii Prophetae Psalterivm**

**Moritz <Hessen, Landgraf>**

**Smalcaldiae, 1593**

**VD16 B 3258**

Psalmvs XXXX. Expectans expectaui Dominum, &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Hac mali vis, qua crucior, priusquam hinc  
Cogar abire.

PSALMVS XXXX.

Expectans expectavi Dominum, &c.

A nxius expecto Dominū: mihi dexter adhæ-  
Et querulas patula percipit aure preces. (ret,  
Eripuit cœno miserum, fossaq; profunda:  
In petra statuit, ne caderentq; pedes.

In noua fert animus, diuinocarmina nutu  
Dicere, ut his celebrem fortia facta Dei.

Hac recinente choro, mulcebunt suauiter aures  
Multorū, ut statuant spemq; metumq; Deum.

Cui Dominus spes est, ô terq; quaterq; beatum:  
V&cui vana cohors, turba superba placet.

Sumine Deus, quām magnatua est et mira potē-  
Intima quām cordis sensa profunda tui. (stas,

Quēis miserum & mortale genus tua dextra gue  
Non est, qui toto parsit in orbe tibi. (bernat,

Et quamvis numero non assequar omnia, partem  
Commemorans, grato pectore & ore canam.

Non holocausti festas oblata per aras,  
Sacrificare placet victimæ cesa manu.

L At tu-

At tuus has ideo digitus mihi perforat aures,  
Vt pateant verbo, sancte Jehoua, tuo.  
Me, me adsum dixi, veniam quocunq; volet sors,  
De me non aliter pagina sacra refert.  
Promto animo subeo, Deus o, qua iussiris, & lex  
Est tua visceribus consociata meis.  
In celebri cætu per me tua iussa patebunt,  
Et labia in laudes semper aperta tuas.  
Iusticias, Deus alme, tuas per secula pandam,  
De bonitate tua, deq; salute loquar.  
Non adoperta latet bonitas, mihi nota fidesq;  
Sed sacri cætus laude tua resonent.  
Attua, sancte Deus, bonitas ne cesserit à me,  
Sint mihi custodes dextera & alma fides.  
Obsidere graues nimis anxia corda dolores,  
Officiunt oculis crimina fæda meis.  
Esto, pilos capit is numeres: sunt crimina plura,  
Hinc me animi vires destituere mei.  
Ne tibi displiceat, miserum seruasse periclis,  
Promtus in auxilium sis, pater alme, meum.  
Quàm multi, qui percipiunt mihi perdere vitam:  
At confundantur, qui mala queq; struunt.  
Retro abeant properè, pudor anxius occupet ipsis,  
Qui

Qui mala, non merito, pessima quaq; volunt.  
Quiter, Io, clamant, latentes forte maligna,  
    Sæpè pudeſtant turpiter atq; cadant.  
Exultent, tua qui sanctissima nomina querunt,  
    Latite celebrent carmine perpetuo.  
Et quibus alma ſalus cordi & tua gloria, dicant:  
    Macte tua, omnipotēs, laude et honore, Deus.  
Nudus, inops, pauper, vagg, et miser, orb⁹ et erro,  
    At Dominus curam ſuſcipit ipſe meam.  
Tu mihi protector, Deus, es, vindexq; fidelis,  
    O Deus accelerā, ne, rogo, differ opem.

### PSALMVS XLI.

Beatus vir, qui intelligit &c.

**B**eat⁹ ille, pauperem qui ſuſcipit,  
    Preſiq; cauſam protegit.  
Hunc liberabit, ecce, duro tempore,  
    Deus parens mortalium.  
Seruabit ipſum, perq; plurimos ſinet  
    Dies valere & viuere.  
Bonis eum Deus beabit omnibus,  
    Nec tradet hofi noxio.

L 2

Acrea